



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio Quinta. Exemptio ab obedientia Episcopi datur subdito, quandò
inter eum & Episcopum durat aliqualis, & quare? R.P.D. Versospio.
Gerunden. exemptionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

quia post primam gratiam, quæ eximebat, durante lite, in secunda concessa exemptionem ad tempus sex mensium, & non ultra, ad hoc, ut subditi essent diligentes ad causæ expeditionem, & non possent ultra malitiosè eam protahere, in secundum qualitatem causarum, & conditionem personarum, conceditur plus vel minus de tempore exemptionis arbitrio Signaturæ, quæ si cognoscat superiorum auctorem differre expeditionem, medebitur inferiori modo præmissis, vel præfigendo terminum superiori, infra quem expediat, & si distulerit, concedendo exemptionem lite tali durante.

DECISIO QUINTA.

Exemptio ab obedientia Episcopi datur subdito, quando inter eum & Episcopum durat aliqua lis, & quare?

R. P. D. VEROSPIO.

Gerunden. exemptionis.

Veneris 11. Maii 1629.

SUMMARIUM.

- 1 Exemptio, ut alicui concedatur, hoc est positum in arbitrio iudicis, & num. 10.
- 2 Lite pendente inter subditum, & Episcopum, negotium devolvitur ad iudicem suspensâ Episcopi jurisdictione super eadem causa, de qua dubitatur.
- 3 Exemptionem durante lite inter subditum, & Episcopum, tam Signaturæ, quam sacra Congregat. super Episcopis, & Regularibus solet concedere.
- 4 Sub-

Est inter recent. decis. de par. 5.

Handwritten notes in the left margin:
1104
1105
1106
1107
1108
1109
1110
1111
1112
1113
1114
1115
1116
1117
1118
1119
1120
1121
1122
1123
1124
1125
1126
1127
1128
1129
1130
1131
1132
1133
1134
1135
1136
1137
1138
1139
1140
1141
1142
1143
1144
1145
1146
1147
1148
1149
1150
1151
1152
1153
1154
1155
1156
1157
1158
1159
1160
1161
1162
1163
1164
1165
1166
1167
1168
1169
1170
1171
1172
1173
1174
1175
1176
1177
1178
1179
1180
1181
1182
1183
1184
1185
1186
1187
1188
1189
1190
1191
1192
1193
1194
1195
1196
1197
1198
1199
1200

- 4 Subditus litigans cum superiore probabili-
ter potest timere illum sibi fore infe-
stum.
- 5 Subditi subducuntur ab jurisdictione
Principis, siue cujusque superioris ex
eorum moribus asperioribus, siue pra-
vo jurisdictionis usu.
- 6 Exemptio datur propter litem.
- 7 Litem motam à suo decessore, si
quis non prosequatur, non videtur

- temerè illam instituere, vel per ca-
lumniam prosequi.
- 8 Exemptio propter litem à jurisdic-
tione superioris non datur, quando
d. lis est affectata, aut ex ingenio con-
ficta.
- 9 Exemptio propter litem ab obedientia
superioris solet in aliquod tempore
stringi.

Placuit sacre Congregationi super Episcopis & Regularibus de exemptione personali, durante lite concedenda Francisco Avinio Priori Bisuldini Rotam consulere, cum causa super ejusdem prioratus exemptione à jurisdictione ordinarii Gerunden. coram me penderet. Et cum super hoc Domini arbitrium ipsius concedentis maximum esse cognoverint ex Abb. in cap. literas. num. 7. de restit. spo. hat. Roman. cons. 37. Paris cons. 54. numer. 36. volum. 4. Responderunt posse, si videbitur per sacram Congregationem concedi Francisco exemptionem, quam petit, & propter litem, quæ gravis apparet, & calumniosa visa non fuit, personam ejus in tempus à jurisdictione Ordinarii eximi.

Cum enim id sit de jure, ut pendente lite negotium devolvatur ad judicem, suspensâ superioris jurisdictione super eadem causa, de qua dubitatur cap. cum dilectus, cap. olim. ubi glos. in verb. post incep. negot. de accusat. Ripa in cap. cum M. Ferrar. numer. 156. § 199. de constit. Cassad. decis. 6. de privileg. in prin- cip. Solet tam Signatura, quam hæc sacra Congregatio, ubi ipsam litem gra- vem, nec temerè susceptam cognoverit, hanc exemptionem ea durante concede- re, ut post Cassad. d. decis. 6. de privileg. restantur Lancellot. de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. declarat. 4. numer. 41. Gomez. ad regul. 8. Cancel. glos. 46. numer. 18. Marthe- san. de commiss. advocat. nis causarum par. 2. §. 1. numer. 76. Paris de resignat. lib. 3. quest. 11. numer. 7. Ex cujus quidem litis causa, quæ, ut dixi, levis non sit, cum possit probabili- ter subditus superiorem suum sibi infestum timere, non etiam dixe- runt Domini propter litem requiri aliquam probationem male tractationis, aut vehementis suspitionis futuræ savitæ: sed satis esse, ut de ea ex præsumptionibus dubitari possit. Speculat. de denunciat. §. quis denunciare possit, num. 13. Mandos de in- hibition. 9. 104. n. 5. Aegid. decis. 45. Rota decis. 3. de rescript. in novis. Et sicuti ex moribus Principis, siue cujusque superioris asperioribus, aut pravo jurisdictionis usu, subducun- tur subditi ab ejus jurisdictione, cap. olim. § cap. ex parte de accusat. Joannes Faber

- Faber in §. fin. instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Bursi. conf. 170. numer. 6
 6 Guidopa. q. 62. num. 1. Achil. decis. 362. ita & sola lis visa fuit sufficere, dum forte
 re gravi iustum timorem, ut dictum est, inferre potest, Siaph. de literis instit.
 ut. de rescript. in formabrevis. §. indulgum num. 10. Paris. ubi supra de refiguratione lib. 7.
 q. 11. num. 7. Gabr. de iudic. concl. 4. num. 31. Verall. decis. 62. num. 4. par. 2.
 Maxime autem movit Dominos, ut exemptio huiusmodi videretur posse
 7 concedi, quod cum litem jam diu ab antecessore motam non argui posset novus
 prior ut vel temere instituerit, vel per calumniam prosequeretur, l. quodam ff. de
 reb. dub. l. aut facta §. ex ius ff. de pœnis, Aym. conf. 335. num. 3. Crescent. decis. 19. de pri-
 vat. cessabatque ea suspicio, quam in proposito DD. considerant, ne quis sub pre-
 8 textu litis affectata, aut ex ingenio conficta à superioribus sui obedientia subila-
 let alioqui simpliciter concedi, in tempus restrinxerunt, eandem exemptionem, quæ
 contradicente ordinario, pro ut hic etiam se opposuit, lequiti sylum, quæ
 testatur Lancellos. d. par. 2. de attent. cap. 4. numer. 41. & notatur ex Cassi-
 9 dor. eadem decis. 6. de privil. in sine quod tempus, & propter loci dilu-
 tiam, & ferias, quæ instabant, atque etiam, quia dabat prior fœnum aliquam
 boni juris ex arbitrio, quod super hoc dixi maximum iudicis esse, visum fuit Do-
 minis ad annum extendi posse: ita tamen, ut & sacra Congregatio, vel propter
 diligentias, quas in expediens causa priorem adhibuisse constabit, vel si quæ ab E-
 piscopo impedimenta inferentur, possit eidem ulterius, vel ne prorogare. Et ite-
 que utraque.

Ad Quæst. 2. Additio.

Exemptio alia realis, alia personalis. Imò quædam etiam partim realis partim
 personalis, quæ videlicet nec locus per se, nec persona simpliciter considera-
 ta, sed persona respectu certi loci eximitur. Et hæc tertia species differt à reali,
 quod hæc cum ipsa re ad quascunque personas transeat, nam ea est natura realis
 privilegii, ut omnibus, non solum, qui tempore concessionis rem ipsam vel lo-
 cum possident, sed & futuris eorum successoribus concessam censeatur. Per text.
 in l. aetatem §. fin. ff. de censib. Bartol. in l. 1. num. 2. ff. de consuet. princip. Rota decis. 4. de
 privil. in antiq. Undè cum aliàs dubitaretur, num exemptio concessa Monasterio
 Capellis & tenementis prodesset non tantum Abbati & Monachis tunc temporis in-
 bi habitantibus, sed etiam Abbati commendatario saculari postmodum ibi per Pa-
 pam constituto sublatis regularibus; prodit affirmativa resolutio per Rotam decis.
 219. p. 8. recent. Confirmata per decis. 239. ead. par. 8.

Item in alia facti specie difficultas erat, num privilegium exemptionis totalis cum statu nullius diocesis concessum domui S. Stephani de Nemore Ordinis Carthusiensis, esset extinctum per mutationem Monachorum Carthusiensium & introductionem Cisterciensium in dictam domum, aded ut neque nunc prodesset ipsi Carthusiensibus ad eandem domum reintegratis? & dictum fuit nullatenus esse extinctum, imò prodesset & suffragari in perpetuum, eò quod dicit privilegium non ordinem & personas Monachorum, sed Monasterium reale exemptionis cum respiceret. *Rota decis. 234. p. 4. rec. tom. 1. Et quod privilegium reale exemptionis profuit quoque colonis & arrendatariis. ead. Rota decis. 59. p. 9. recent.*

At verò exemptio mixta seu partim realis & partim personalis, nec personam seu rei possessores aut detentores, sed ad illas tantum personas, quarum intuitu est concessa; & hujus rei exemplum speciale est in cap. ex parte de decim. ubi privilegium exemptionis à decimis concessum Ordini Cisterciensi suffragatur tantum pro prædiis, quæ ipsi propriis manibus aut sumptibus excolunt, si verò prædia aliis tribuant colenda, nec ipsi proderit, nec colonis eorum, in hoc enim ista exemptio sequitur naturam personalis. Ut dicit *Abb. in d. cap. ex parte num. 5. & in specie fuit decisum in causa Pampelonen. decimarum 18. Decemb. 1615. coram Cocino, quæ est decis. 728. par. 3. recent.* In qua etiam expressè notatur hæc distinctio, appellanturque hæc privilegia non simpliciter personalia, sed personalia pro rebus.

Videndum porro, qualiter realis & mixta localis exemptio à purè personali differat. Et personalis quidem in aliquo amplior est reali, in aliquo verò strictior, cum enim omnibus personarum inhaerens ubique eam comitetur, excedit realem, quæ non ubique, sed certo tantum loco personam afficit; sed vicissim à reali superant & exceditur, quia cum personalis locum exemptionis non faciat, ut dixit *Rota in u. na Salamantina jurisdictionis 18. Aprilis 1581. coram Lauretano & in recent. decis. 156. num. 6. par. 1.* aded quidem, ut si Clerici alicujus Ecclesie eximantur personaliter à jurisdictione Episcopi, Ecclesiam omnibus teneatur Episcopo respondere præterquam in jurisdictione Clericorum, ut notavit *Geminian. in c. per exemptionem. In 3. col. vers. quæro quando. De privileg. in 6.* Tamen realis semper communicat vim & effectum suum personis illius loci cui conceditur per text. & ad ministræ exemptionem, dummodò sint personarum loco illi perpetuò adscriptæ, & ad ministræ ejus deputatæ, ut in puncto respondit *Rota decis. 313. num. 9. p. 9. recent. Et vid. infra par. 4. quest. 37.* Undè satis patet, qualiter exemptio mixta seu limitata à supra dictis differat, utpotè illis ambabus strictior, cum neque personam extra locum comitetur, neque cum ipso loco aliis personis communicabilis sit. *Anton. de Butrio. in cap. cum capella numer. 3. de privileg. Joan. Andr. ibi numer. 1. Et perspicue Fagnan. numer. 2.*

Quibus

Quibus autem signis & conjecturis cognoscatur, num exemptio aliqua realis sit an personalis, latè habes apud *Menoch. lib. 3. presump. 103. per totam. Et cas. 277. à num. 8. cons. 1007. num. 98. Et seq. Et plenè per Rot. decis. 199. par. 12. recent. Et decis. 400. par. 9.*

Exemptiones aliæ limitatæ, aliæ illimitatæ: exemplum exemptionis limitatæ ad certam causam seu qualitatem habes apud *Seraphin. decis. 1078. num. 8. Et 1099. cent. decis. 271. 469. Et 493. par. 4. tom. 1.* Ita tamen intelligendo, ut causa & qualitas exemptioni apposita, non restringat ipsam, quando ex alio antecedenti vel subsequenti privilegio apparet de generali ac totali exemptione, tunc enim generi per speciem non derogatur, sed species potius expressa censetur majoris declarationis gratia, ut in *decis. 28. par. 9. recent.*

Adde & aliam divisionem exemptionis, quæ hodie in practica maxime ponderis est: nempe quod alia sit simplex & ordinaria, quæ locum quidem eximit à jurisdictione Ordinarii, non tamen situationem in Diocesi tollit; alia verò est plena & absoluta, quæ eximit à Diocesi, & constituit exemptum in proprio territorio, ut declarat *Abb. in clem. Diocesani de vit. Et honest. Cleric. Et Fagnan. in cap. cum contingat. num. 39. de foro compet. vid. decis. Putei 115. lib. 3.*

DECISIO SEXTA.

Privilegium reale de non solvendis decimis extenditur ad Colonos, secus si sit personale.

Est decisio 4. sub tit. de privilegiis in antiquis.

Papa concessit cuidam Religioni vel Ordini privilegium de non solvendis decimis de terris, quas per se vel per alium excoli faciunt: quaritur nunquid privilegium extendatur ad colonos, ut sic coloni; per quos terras illas faciebant excoli, non teneantur ad decimas de parte penes eos remanente? crederem sic fortè dicendum, aut privilegium est reale concernens terras, & concessum terris, ut putatur, quod de terris nulla decimæ præstari debeant, & tunc puto, quod extendatur ad colonos, quia privilegium reale & rei concessum sequitur rem penes quemcunque vadat. Si autem sit personale non egreditur personam ejus vel eorum, cui vel quibus conceditur. Arg. ad hæc distinctionem. *L. sibi §. pactum ff. de pact. cum concor-*